



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De homicidij ratihabitione, & mandato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Tanagra Bœotia vrbe, quod omnino censerentur pugna-
 culum, locum fecere prouerbio, auctore Suida. Rhodios
 etiam Gallos laudem hac in re consequutos olim fuisse
 Plinius scribit in *dist. c. 2. c. 21.* idem de Tanagrais, Rhodiis,
 Chalcidicis, & Medicis, tradit Columella *lib. 8. ca. 2.* præci-
 pue galli apud serpentes, & viperam pugnant: hoc etenim
 pœnæ rationem adducit Stephanus Forcatu-
 lus in *Necyomantia, c. 34.* *Canis* sane huic pœnæ adhibetur,
 ut sceleratum ostendat hominem, & immundum, qui pa-
 rentem occidit. Nam Virgilius 1. *Georgicorum* canes im-
 mundos appellat, quam rationem Forcatulus imitatus
 & eam aptari posse opinatur, quod teste Plinio *lib. 8. c. 40.*
 canis sit fidelissimum homini animal. idcirco ad arguen-
 dam infidelitatem parricidæ statutum est, ut canis cum eo
 in cauleum mitteretur. *simia* equidè ea forsitan ratione par-
 ricidæ pœnæ conuenit, ut nulla sit tanti facinoris imita-
 tio apud homines, quos nullum animal perfectius imita-
 tur, quam simia: aut quia simiarum generi præcipua sit er-
 roræ affectio: adeo, ut plerumque magna ex parte cõ-
 spectendo catulos ipsos occidant ut testatur Plinius *lib. 8. c. 64.*
 Ex quibus poteris huius rei rationes aliquot conice-
 re. Aut ea erit optima, quod simia similes sint hominibus
 merum deformes, sicuti parricidæ, qui sub figura homi-
 num immanitatem belluarum gerunt: atque isthæc ratio
 Forcatulo placuit, *Vipera* quidem culeo cum parricida in-
 ducitur, quippe quæ simili sit obnoxia delicto, cum & ipsa
 culeo parentis vtero proruperit in lucem, parentemque
 ipsum occiderit: isto profecto irrogato supplicio: siquidè,
 ut enarrat Plinius *lib. 10. c. 62.* feminam coeuntis maris præ-
 caudine caput prærodere traditum extat. Hinc & Ortus
 Apollonis scribit, apud Aegyptios viperam fuisse notã Hie-
 roglyphicam, quæ filium matri insidiantem repræsentaret:
 quia viperæ non nisi per parricidium in lucem veniat, v-
 tero matris prærupto: Huius rationis meminere Forcatu-
 lus in *dist. c. 34.* & Ludovicus. *Ca. lib. antiq. lect. 3. cap. 27.* quò in
 loco disputat, sine certum quod Plinius de conceptu, &
 partu viperæ scripsit. His deniq; sociatis animalibus par-
 ricidæ in culeo, ea ratione, quæ Cicerò refert, in mare
 proximum mittitur. Nã de mari hac in re meminere Mo-
 destinus in *dist. l. 1. par. 1.* & Valer. Maximus, non fluminis. Ci-
 cerò vero de flumine ita loquitur, ut & ad mare eandem
 locutionem referat, quam obrem in *dist. §. alia. & in dist. leg.*
mica, promiscue maris, & fluminis mentio fit. Nec ratio
 abhorret, tum & eadem vbique sit: præsertim, quia mare
 significat quamcumque aquarum congregationem. gloss.
 in *dist. leg. par. Bartol. in tractat. de insula. in princip. & Iohannis c. 6. la-*
cus Tyberiadis mare appellatur: quasi peculiare sit He-
 bras quamcumque aquarum congregationem mare ap-
 pellare: quod constat ex Plinio *lib. 5. c. 15.* Iosepho, *lib. 18. an-*
tiq. 4. Hegeippo de excidio Hierosol. *lib. 4. c. 16.* à quibus
 mare Tyberiadis appellatur lacus Genesare. quem ipse Ior-
 danus facit: ad cuius occidentem in gratiam Tiberij Hero-
 ces Tetrarcha condidit urbem, quam Tyberiadem dixit. idè
 ex Pauliana Heliacorum primo adnotauit Ludovicus. *Ca-*
lus lib. 1. 4. lect. antiq. c. 14. neque solis Heb. licuit lacus, & flu-
 mina maris nomine nobilitare: nam & Seruius in *1. Aeneid.*
 super illis versibus:
Vnde per ora nouem vasto cuius murmurè montis
In mare præruptum, & pelago premis arua sonant.
 Mare, inquit, id est, flumen, quod, ut Varro testatur, acco-
 le mare vocant. Loquitur etenim Virgilius de Timauo,
 quod est nomen fontis, & fluij: secundum Melam *lib. 2. c.*
4. Philonem item Iudæus de Ebrais refert, in Aegypto stagnũ
 esse quod vocant Maria, sicut ex eo adnotauit Forcatulus:
 tamen verius illud sit, Philonem non de mari, aut cõgre-
 gatione aquarum, quæ ab ipso mari dicantur Maria, sed de
 lacu Maria intellexisse. quod constat ex eodem Philone
 in libr. de vita contemplat. Euseb. *lib. 2. Hist. Eccl. c. 17.* Arria-
 no de gestis Alexan. *lib. 3.* & Appiano Alexandrino in *pro-*
mo Roma. Hist. qui quidem lacus & *Mareotis* dictus est ex *Qu-*
curtio lib. 4. Hierony. in *Esaiam c. 19.* Theodoro *lib. 1. Eccl. 1.*
dist. 30. meminit & Athenæus *lib. 1.* fontis, quæ in AEGYP-
 TO apud Alexandriam dicta fuit *Maria,* à qua vinum inigne
 nomen accepit, tradit, ut dictum fuerit Mareoticũ. [Sed
 & lacus meminit Strabo *lib. 17.* scribens dictum fuisse Ma-
 riam & Mariotidem. Aelianus *lib. 7. de animalibus,* ni fallor,
 eundem lacum meminit, Myridem appellans, fortassis scri-
 bentium error.] obtinuit tamen apud Hebræos præno-

tata locutio. Sic & mare Mortuum dicitur alter Iordanis
 lacus. Hæc sane de lege Pompeia de parricidis, ad cuius in-
 terpretationem addit Modestinus eos esse bestis obijciē-
 dos, si non sit prope fluiuius, nec mare, in quod iactentur. *d.*
l. pona. Paulus in receptis sententiis *lib. 5. ad leg. Pompeiam,* re-
 fert, pro regionis qualitate parricidas, vel bestis obijci so-
 litos, vel viuos exuri. Lege autè Põpeia occifores paren-
 tum, liberorum, & aliorum quorundã à latere cognatorũ,
 affiniumque eadem pœna piecēbantur: nempe ea, quæ leg-
 is Corneliæ de scariis fuit. *l. 1. ff. ad leg. Pompe.* hac tamen di-
 stinctione obseruata, ut occifores parentum, more maio-
 rum speciali pœna culei punirētur: & alij vero legis Cor-
 nelia de scariis ordinaria quidem, cuius mentio fit *in l. 3.*
ad fin. ff. ad leg. Corn. de scia. & hoc satis explicite traditur in *d. l.*
pona. postea equidem in *l. vnica. C. de bis, qui parent. occid. & in d. l.*
regia, latior est culei pœna: cum ex pluribus aliis cognatis à
 latere, & affinibus inducitur: eaq; punicio per Iulianum
 in *d. §. alia deinde lex. legi Pompeia* tribuitur: quasi ad eius ex-
 tentionem pertineat: quod & ipse obijter adnotati in epi-
 tome ad *4. decre. 2. par. c. 7. §. 7. nu. 16.* Sed & Cyrenenses olim,
 nempe Mithridatis tempore, Leandrum quendam fratri-
 cidam, simul & tyrannicidam culeo infutum in mare pro-
 iecerunt, teste Plutarh. *lib. de claris mulieribus.* In hos vero par-
 ricidas, aut sane in eos, qui nouercam occiderant, extat *lib.*
1. Græcum & elegans Epigramma in hunc sensum:
No sepelias hoc cadaver: sit enim cibus, & rapina canibus.
 Nam omnium mater terra non recipit matricidam.

Ex quo facillime intelliges, qua ratione parricidæ non
 sepeliuntur, lege quidem hoc prohibente.
 Scribit sane Sueton. in Augusto, *c. 33.* pœnam istam cu-
 lei non solere inferri parricidis, nisi confessi fuissent hoc
 ipsum crimen. Multa præter hæc de parricidis tradit Lud.
 Carrer. in præf. *§. homicidij. nu. 128.* Platonis autem sententiam
 circa huius criminis punitionem si quis nosse cupit, legat
 ipsius *dialogum 9. de legibus.*

Hæc quidem obiter de lege Pompeia tradidimus ad co-
 natus puniendi tractatum, cui finem ponimus, lectorem
 admonentes, ut Nicol. Boer. legat. *decis. 316.* disputantem, an
 Conatus sit puniendus in crimine grauissimo, quod luxurię cau-
 sa cum brutis animalibus perpetratur: iuxta *c. mulier. 15. q. 1.*
 Matth. de Afflic. in *Constitutionib. Neapolitan. lib. 3. rub. 42. nu. 12.*
 idem ferè tractantem de conatu Sodomia: cuius distinctio
 cõducit maxime ad intellectum regis pragmaticæ de puni-
 endis sodomitibus. item Io. Igne. in *l. 1. §. cum dominus. ff. ad Syl-*
lania. nu. 21. & præceden. late examinantem, an sint aliquot deli-
 cta, quæ ex animi tantum cogitatione quo ad forum exter-
 rius considerentur: saltem aliquot exterioribus signis
 contingentibus, & præmissis: nẽpe in vitio fugitiui. *l. si quis*
sit fugitiuus. §. item apud Iulianum. ff. de edilit. edict. d. l. si quis seruo. Cod.
de furtis. cum pluribus, quæ ad id citari, & adduci possunt:
 quæ tamen caute sunt intelligenda, iuxta not. per Bald. *consil.*
259. nu. 8. lib. 1. & consil. 382. lib. 5. num. 9.

§. PRIMVS.

De homicidio, mandato ad id, & ratihabitione.

SVMARIA.

- 1 Homicidium non punitur pœna ordinaria si defecerit animus ad occisionẽ,
 & inibi traditur, ex quibus hic animus colligatur.
- 2 Intellectus ad text. in *c. ult. de homicid. in 6. & inibi de mandato homicidij.*
- 3 Mandatum tacitum homicidij facit quem irregularem.
- 4 Ratihabitio in homicidij an efficiat quem irregularem?
- 5 Ratihabitio in delictis quid operetur, & quis pœna punienda sit?
- 6 Ratihabitio crimini non commissi nomine ratum habentis, an sit pecca-
 tum mortale, an veniale?

Secundo principaliter hoc in tractatu inferitur, homici-
 diũ voluntariũ esse & irregulærẽ eius auctore cõstitue-
 re, etiã si in id voluntas non feratur directe: sed indirecte:
 tamen nõ debeat pœna ordinaria puniri. Prior pars huius
 illationis probatur ex his, quæ diximus in præcedenti cap. versic.
 tertio considerandum. sub num. 2. & num. 1. versic. voluntarium. Post-
 erior autem pars constat, † quia homicidium commissum
 absque animo vero occidendi, & directa voluntate ip-
 sum homicidij actum, non punitur ordinaria huius cri-
 minis. quod obiter attigimus in *dist. numero 2. ad fin. text. ele-*
gans in l. Cornel. l. 1. §. diuus. ff. de sciar. l. 1. & l. cum qui. C. de sc-
car. l. cum autem. versic. capitalem. ff. de edilitio edict. quem text.
dixit esse meliorem iuris Ias. in l. non dubium. C. de legib. 7.
olum ad idem plurimum conducit l. in actionibus. §. sed in
his. & ibi Ias. ff. de in litem iur. textus optimus in l. 5. titul. 8. par.
 7.

7. & in l. 15. ff. de i. 3. lib. 2. ordin. eandem conclusionem tenuerunt Bald. in l. 1. col. 5. C. de servis fugit. & in l. data opera. col. 4. Cod. qui accusar. non poss. Bald. in c. 1. §. si quis hominem. de pace tenenda. Abb. in simili questione in c. olim. in 1. de restitut. spol. & plures, quorum statim mentionem agemus. Est etenim huius assertionis quo ad istam vltimam partem ea propria ratio, quod ille defectus voluntatis directe & deliberate in homicidium, culpam minuat, & ideo poenam quemadmodum ex Tho. in d. 2. explicauimus. Hac vero imperfectio voluntatis ex multis poterit praesumi: sed praecipue deducitur ex ipso instrumento, quo fuerit vulnus illatum: sicuti probatur in ca. significasti. in 2. de homicid. cuius praeter Dd. ibi meminere Bald. in l. solam. Cod. de test. col. 3. & alij statim citandi. text. similis in l. 1. §. sed si claua. ff. de sicar. l. cum qui. C. de iur. l. 1. C. de emenda. serm. l. equos. & ibi Bart. C. de curs. public. lib. 12. tradit multa Felia. nu. 11. & Anani. vltim. not. in dicit. c. significasti. Aret. consil. 80. & consil. 147. Alcia. lib. 1. dispun. c. 17. Caro. Moli. in Alex. consil. 15. lib. 1. Dec. consil. 9. & consil. 134. Capol. consil. 33. cum tribus seq. Ang. de malef. gloss. scienter. & dolose. Hippol. in dicit. l. 1. de sicar. nu. 2. & 32. & num. 9. idem in l. nihil interest. ff. de sicar. nu. 15. Ludouic. Carrer. in pract. crim. §. homicid. nu. 22. est & ad haec opti. glo. in auth. de armis qua penult. ff. tradit Catel. Cott. in memorabil. dictione. armorum. igitur iudex quo ad remittendam poenam ordinariam exacte perpendat actus ipsius qualitatem, vt hinc coniectura habeat, quantum defuerit animo ad directam occidendi voluntatem: quo denique iuxta eam imperfectio, & iuxta voluntarij defectum poenam ipsam moderetur. voluntas enim directa ac perfecta fuit ad percutiendum, no tamen ad occidendum, tametsi ex percussione praeter animum percutientis sequuta fuerit immediate occisio. qua ratione considerandum est ex ipso percutiendi modo, ex instrumento, quo illatum est vulnus, quam culpam percutiens in homicidio habuerit: nempe quantum fuerit indirecta aut minus directa voluntas ad occisionem, ex eo, quod vel instrumentum aptius erat, vel qualitas vulneris promptior ad homicidium: quod ex ipso vulnere immediate fuit sequutum. Etenim ex hoc adsumitur praesumptio voluntatis, vel magis vel minus indirecte in ipsam occisionem. Nam cu delicta non possunt absq. voluntate perfici, nec committi, operapretium est omnibus recte pensatis voluntatem istam coniectare, vt culpam delicti deprehendamus. Quod apparet in d. l. 1. §. diuus. vers. quod si claua. ff. de sicar. quo in loco Budz. Clau. no Claua, legedu censet. a quo discedit Steph. Foreat. dialo. 27. n. 4. in Necromantia iuris: vbi & de Cucuma tradit: sententiamque communem Iuriscōsultū probat & sequitur.

Tertio deducitur vera ratio ad text. 7. c. vlt. de hom. in 6. cuius haec sunt verba: *Is qui mandat aliquem verberari, licet expresse iubeat, ne occidatur vltatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur: si mandatarius fines mandati excedens mutilat, vel occidat: cum mandando in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuere cogitare.* Haec tenus praedicta constitutio, quae videtur irregularem constituit quem ob homicidium, in quod eius voluntas minime directa: imo ab eo abhorrens: & nihilominus mandator in hac specie irregularis est ratione homicidij voluntarij, ac si ipsemet occisum percussisset fuste, nihil minus quam occisionem cogitans, & percussus fuerit ex eo vulnere mortuus. Fertur siquidem voluntas in id ex quo immediate mors fuit sequuta: atque ideo est indirecta voluntas ad homicidium propter illam culpam, qua habuit mandator, non praecauendo quod ex his percussioibus, & actibus tota immediate mors contingere, ideo non omnino eius incauta incuria excusare debet eo praetextu, quod non haberit animum occidendi. Nec enim excusandus foret, qui malo animo esse alterum percuteret in capite, nolens eum occidere, si ex vulnere foret sequuta mors. Hanc rationem occidendi ipse veram ac propriam esse censeo, ac demū colligo ex ipsamet decisione. in d. c. vlt. & ex his, quae adnotati in princ. huius 2. par. nu. 1. & 2. illud maxime contendens, hoc homicidium non casuale, sed voluntarium esse, non directam, sed indirectam, occidendi voluntate commissum.

Quibus ita praenotatis, lectorem admonendum censeo, aliquot esse mente tenenda in praedicti Pontificij responsi adnotationem, & verum intellectum praestertim cauendum est, ne quis existimet, irregularitatem in ea specie constituiti ex homicidio casuali, vere quidem, si quis potestatem haberet dispensandi circa irregularitatem, ex casuali homicidio contractam, non posset, vt arbitrio, eam tollere

irregularitatem, quae in casu praescripto contracta fuisset: est etenim homicidium voluntarium: tametsi non fuerit perpetratum directam voluntate ad occisionem, nec animum occidendi: imo fuerit voluntas ad homicidium indirectam, quod Bart. optime sentit in leg. diuus. ad fin. ff. de sicar.

Deinde ob eandem rationem quidam vere censent, in eo casu mandatore non esse censent, nec homicidij voluntarij ordinaria, sed extraordinaria poenam. huius opinionis auctores sunt Anto. de Rosellis, Franc. de Capitulo Litta, & Ang. a Cast. Paul. Caltr. fil. apud Pontis. argum. l. in lege Cornelia. & in leg. 1. §. diuus. ff. de sicar. ex quo omnium consensu solet colligi, & nos paulo antea deduximus poenam ordinariam homicidij non esse admodum tendam, vbi homicidium commissum fuerit abique vero animo, & directam occidendi voluntate. Denique eandem opinionem quo ad mandatorem sequuti sunt Deci. consil. 234. & consil. 482. Hippo. consil. 7. nu. 54. & consil. 67. & in pag. 176. Tho. Gram. consil. 25. Paul. Paris. consil. 161. lib. 4. quorum opinio humanior, & tutior est, secundum Lud. Carr. in pract. iudic. homicid. §. circa. nu. 73. quamuis Barth. Capola in consil. 24. pro bare multis rationibus nititur, hunc mandatorem puniendum fore poena ordinaria homicidij. Ego potius probarem sententiam: nisi percussio mandata maxime consideret eius qualitate inspecta, voluntatem mandantis in homicidio, vt vel nulla, vel modica ordinaria poena remissio sit indulgentia, ex his quae Bal. eleganter no. in l. mandati. C. mandata. & in l. non ideo minus. vlt. col. C. de accus. Ang. de Malef. in gl. Sempronium mandatorē. q. 10. Ial. post Paul. Arc. Rom. & Alex. in l. si quis mihi bens. §. sed quid si mandauit. col. vlt. ff. de acquir. heret. etenim si mandator, percussione eo instrumentum fieri, vt difficultum sit modum adhibere, aut manum operare, quin homicidium sequatur, constabit plane mandatorem maxime voluntatem in homicidio direxisse. Et quibus illud, lectō optime, tibi sit constitutum, in casu d. c. vlt. homicidium esse voluntarium, non casuale.

Solet tamen ad illius c. decisionem adnotari, mandator non teneri de actu per mandatarium perpetrato contra mandati limites, & fines obseruare. Nempe, si mandator iusserit mandatario, quod Sempronium extra praetorium, & publicam domum percuteret: vero illud intra praetorium percussit: tenebitur quidem mandator de percussione illata extra praetorium, non autem de ea, quae intra praetorium contigerit: si diuersa foret poena constituta, quod notat Bal. in d. l. non ideo minus. col. vlt. Fel. in cap. si quis dignus. d. 2. de hom. post Ananiam ibi. Hip. in d. consil. 67.

Sic sane vbi delictum alteri demandatum non tenet ad homicidium, nec potest tendere id per se, aut immediate, non tenebitur mandator de homicidio sequi. Huius conclusionis erit exemplum in eo, qui iusserit aliquam feminam rapi causa libidinis, atque mandatarius in rapinam ipsam feminam occidit: non tenebitur de hoc homicidio mandator: licet teneatur de rapto, siquidem rapus causa libidinis fit, nec dirigitur ad ipsius mulieris occisionem immediate, nec per se. licet per accidens fuerit ipsa femina occisa: ita equidem respondit eleganter Dec. in consil. 234. nu. vlt. Tho. Gram. consil. 20. idem colligitur ex Bart. in d. l. de i. ad l. Corp. de sicar. ad finem. Nec refert quod hoc in casu operam rei illicitae imputari debet quicquid fuerit ex eo actu, etiam praeter eius intentionem sequutum, propter eius culpam, quam habuit, minime praecautens, quae poterant inde accidere. c. tua nos. in princ. c. si quis ex literarum. c. si quis de homin. illud enim procedit quantum ad subiectum, circa quod versatur ipsa malitia illicite operantis, & quantum ad ea, quae illi obiecto per se & immediate iunguntur, aut necessarii sequuntur: non autē quo ad illa, quae per accidens oriuntur a re illa mala, cui opera datur, quia illa per accidens eueniunt ex opere aliquo, & tāquā effectus reiecti proueniunt ab illo, no imputantur agenti, nec ad malitiam, nec ad bonitatem, quemadmodū inferius tractabitur, vbi de homicidio casuali agemus, & superius tantisper attingimus. Atque haec quo ad poenam ordinariam, & civilem, aut criminalem procedunt: quia quo ad irregularitatem fortitalem non erit ita plane haec interpretatio admittenda. Cum enim ratione debeat attendi non tantum opus illicitum, cui datur opera: sed ipsius operis periculum ad homicidij erro-

cum, quem mandator ex qualitate personarum, loci, & alius cogitare debuisset. Huius enim culpa causa profecto irregularis erit censendus, & quo ad istam irregularitatis penam eidem imputatur, licet casu contigisset, quod alibi hac in relectione examinabimus.

Ceterum ad latorem inrelectum text. in d. c. vlt. est ad terrendum, non tantum procedere in mandato expressio: sed & in mandato tacito, vt mandatori homicidium imputetur, quo ad irregularitatem, etiam si premissa fuerit prolatio de non occidendo quenquam: secundum Mattheilla. not. 188, & sensu Corle. in sing. in verb. preceptum. erit exemplum huius conclusionis, quod solet adduci ex Bart. in l. si quis milia boni. §. sed quid si mandauit, alius §. pater. Scio. ff. de acquir. heredit. de illo, qui passus iniuriam dixit filio, vel famulo: non regrediaris in domum meam, donec ipse aliquid nouum audiam de te. Nam Bartol. & plerique alij censent, habesse hic mandatum tacitum de offendendo illum, a quo dominus accepit iniuriam. text. optim. in c. ex literis. de excess. p. l. vbi Anch. & Abb. Roman. in sing. 711. Maria. Socin. in c. ad audientiam, de homicidio. nu. 74. quorum opinio Communis est, vt testatur Ludou. Carrer. in practica criminali. titul. de homicidio. §. circa nu. 57. quo in loco latissime hanc opinionem explicat post Ialon. in cap. 1. c. de seruis fugit. nu. 28. vbi Bald. Deci. consil. 334. ad finem. Hippoly. consil. 132. col. 3. Anania consil. 59. Idem Ialon. post alios in dict. §. sed quid si mandauit. quos legitio: sed pregon Ludouic. Carrer. Etenim & in hoc mandato preceptum Ludouic. Carrer. Etenim & in hoc mandato preceptum locum obtinet rursus textus in d. c. vlt. de homicidio. §. b. Postremo illud obseruandum est, an Bart. non dicitur esse aequipollere: sed in d. c. vlt. ad probationem eius assertionis, qua ipse asseruerat, posse impune occidi eum, qui poterat impune offendere: quasi sub permissa, vel mandata offensione, & homicidium mandatum censetur. Ego eundem existimo, non esse certam hanc inductionem: si quidem in d. c. vlt. non est mandator irregularis ex eo, quod mandatum censetur dedisse ad occasionem: sed quia homicidium fecerunt fuit immediate & per se ab illo actu, qui mandato continetur: aut saltem propter culpam, quam mandator habuit directam, vel indirectam ad ipsum homicidium, quod sequutum est. Quia ratione non probatur in d. c. vlt. opinio Bart. quam & ipse tenet. l. 3. §. vlt. ff. de adimen. legat. Imola, & ibi fuffius Alexand. in l. in suis. col. 1. & 2. ff. de liber. & posthum. poterique eadem opinio probari ex his, quae notantur in cap. 1. de homicidio. in 6. & in c. falsis de penis. eod. lib. c. 1. de schisma. Authen. nauigii. Cod. de suris. Authen. item quaeunque. C. de episcopi & clericis. Regia l. 3. tit. 27. part. 7. l. 3. §. vltim. ff. de sicariis. notant Cynus in leg. reos. Codic. de accusatio. qu. 6. Angelus consil. 14. & plerique alij tractantes de bannitis.

Quarto ex praemissis ipse infero quid dicendum sit in hoc tractatu irregularitatis de eo, qui homicidium, cui mandatum non dederat, nec consilium, nec auxilium, nec fauorem, ratum habuit: an hic sit censendus irregularis? plane, & hunc non esse irregularem tenent glossa. in cap. si quis ruidam in verbo, consilio. 50. distict. Speculator. tit. de dispensatio. §. in re a se sic. quid si agerit. nu. 51. Hippol. in singul. 148. qui quidem indistincte, & generaliter hanc opinionem exponunt. Nichilominus Felin. in ca. sicut dignum col. 4. hanc sententia probat, vt homicidium commissum non est nomine ratu habentis: etenim vbi homicidium esset perpetratum nomine ipsius, qui ratum habet, tunc is foret irregularis secundum eundem: & idem sequuntur Alber. Tritius. de vero & falso clerico. lib. 2. cap. 22. Ludouic. Carrer. in practica criminali. tit. de homicidio. §. circa. num. 195. sensu Nicolaus Plonius de irregularitate. 26. regula. quibus suffragatur textus in cap. cum quis. de sententia excommunicationis, in 6. quod decimum est, excommunicationem canonicam comprehendere eum; qui iniuriam illatam eius nomine clerico ratam habuerit. Ego potius probarem glossa, & speculat. sententiam, indistincte asseruerans, non contrahi irregularitatem ex sola ratiabitione eius homicidij, quod iam commissum ab alio fuerit, siue nomine ratum habentis, siue alterius cuiusque ad cuius opinionem probationem utar aliquot rationibus, quarum istam faciliorem efficiant. Et primum constat, irregularitatem non contrahi, nisi in casibus expressis in iure, cap. in qui. de sententia excommunicationis, in 6. in iure vero Pontificio nullibi expressum est, ex ratiabitione homicidium committi, & ita commissum irregularitatem inducere: igitur non contrahitur in hoc casu irregularitas. Quod si directis, ratiabitionem mandato comparari, & eide aequi-

pollere: regul. ratiabitionem. de reg. iuris. in 6. l. 20. dir. 5. pat. 3. est enim ratiabitione facti nostro nomine gesti comprobatio. regul. ratum. de reg. iuris. l. quo enim. versi 1. ff. rem ratam habe. r. responderi satis poterit, eam regulam procedere in vniuersum, quoties specifica decisio minime requiratur: tunc etenim non est satis argumentatio ex ratiabitione, quae mandato per aequipollens, non in specie comparatur, nec idem est cum mandato. l. Manius. l. si hered. §. vltim. ff. de cond. & demon. vnde licet ex mandato irregularitas contrahatur, non idem erit in ratiabitione: cum ad irregularitatem iure requiratur specialis ea de re constitutio. Quod semel adnotauimus, & iterum admonemus. Deinde, quo manifestior fit hec opinio: illud constitutissimum esse censemus, ad irregularitatem esse necessariam homicidij culpa. c. si aliquis. de homicid. is vero, qui ratu habet homicidium iam commissum, vere nullam habuit culpam homicidij quo ad ipsum actum. Nam licet peccauerit per ratiabitionem peccato homicidij, animo tantum, & volente peccatum commisit: cum actus iam praecesserit, nec potuerit habere causam ob animo, aut voluntate postea sequuta: animus autem solus sufficiens non est ad irregularitatem constituendam eo casu, quo in exteriori operatione non fuerit deductus: nec item eo, quo actus exterior ab eo animo non potuit procedere, nec causam ducere: qualis casus hic nosfer est, de quo agimus. Non tamen diffitemur, quandoque ius Pontificium, huc animu ad punitionem considerasse propter fictionem, ex qua ratiabitione mandata aequipollent, & trahitur retro. vt in d. c. cum quis de sententia excommunicationis in 6. verum, quia idem non dicitur esse quo ad irregularitatem constitutum, opinamur, non esse quenquam ob ratiabitionem irregularem.

Ceterum ad huius argumenti apertioem vim oportet expendere, cuius effectus fit ratiabitione in delictis. Nam Dynus in regul. ratiabitionem. de regulis iuris, in 6. distinguendum esse censet inter delicta, quae ex mandato possunt mandatis nomine per alium fieri: & qua per alium mandatoris nomine fieri non possunt: in primis etenim scribit, ratiabitionem mandato aequipollere, & simile esse, atque omnino maximum effectum operari: non sic, in vltimis, in quibus ratiabitione nullum effectum operatur. Qua de re est optima glossa in l. hoc iure. §. de iuris. ff. de reg. iuris. glossa. in l. 1. §. de iuris. alias §. sed & si cum quis in verbo mandato. ff. de vi & vi armat. & in c. sciam cuncti, de electione. in verbo. alios lib. 6. quas sequitur Abbas in c. mulieres. n. 6. de sententia excommunicationis. Ioan. Andr. & Francus in d. regul. ratiabitionem. idem fere Bartolus sentit in l. sed si vni. §. si seruus. 2. col. ff. de iniuris. & alij plerique, quorum specialem hoc in loco mentionem omittimus, quia Bart. idem in d. §. sed et si cum quis. hanc differentiam improbat ex eo, quod & homicidium semel commissum ab occidente, non potest a ratum habente committi: & ideo idem in eo erit, quod in adulterio, praesertim quia in adulterio & homicidio potest fieri iniuria, & quo ad istam ratiabitione satis in vtroque operatur: cum iniuria hac nomine alterius fieri possit: quippe quae & eius causa ob iniuriam scilicet inferendam poterat mandari ab eo, qui adulterium ratum habuit. Sed quid Dynus post glossa. senserit, ita accipiendum est, vt sciamus, esse quaedam delicta, quae procedunt a libidine, & appetitu ipsiusmet delinquentis, & ideo committuntur ad explendam ipsius auctoris libidinem, nec hac ratione possunt nomine alterius fieri: vt adulterium, stuprum, fornicatio. sunt & alia crimina, quae perpetrantur quandoque, & perpetrari possunt non solum ad explendum ipsius delinquentis appetitum, desiderium, & libidinem: sed & ad satisfaciendum alterius voluntati, vt homicidium, furtum, & his similia. Priora equidem crimina secundum gl. Dynum, & alios, non pertinent ad ratiabitionem: posteriora vero pertinere possunt, si alterius nomine fiant. Hic plane est sensus glossa. Dyni & eorum, qui eos sequuntur: vt explicat Salycet. in leg. non ideo minus. nu. 52. C. de accusationibus.

Nos autem in hac controuersia illud iure probatissimum esse censemus, in quocunq; crimine non esse ratiabitionem puniendam pena ordinaria, & criminali ipsius delicti. quod Salycet. sentit in dict. l. non ideo minus. & probatur ea ratione, qua constat, ratiabitionem mandato aequipollere per fictionem, vt omnes Doct. fatentur, praesertim Bart. in l. si in qui pro emptore. ff. de vscap. num. 4. fictio autem ab aequitate procedit. l. postliminium. ff. de capti. igitur cessante aequitate fictio cessabit: & ita ratiabitionis retroductio: sicuti in specie ista notant Alexand. consilio. 78. libro 5. num. 21. & Deci. in l. Z. z. sen per

semper qui non prohibet. in fin. ff. de reg. iur. quamobrem adhuc in atrocioribus criminibus censet, non esse locum pœne ordinariæ propter ratihibitionem, siquidem omnes auctoritates, quibus probatur, ratihibitionem in delictis puniendam esse, non in ordinaria pœna, sed in extraordinaria loquuntur, quidquid aliquot Doctores scripserint in ca. 1. de homicid. in 6 & tradiderit perplexæ Ludo. Carrer. in pract. cri. tit. de homicid. §. circa. nu. 195. etenim æquitas, quæ dicit ratihibitionem in delictis retrorahi, eadem persuadebit, non debere ordinaria pœna ipsius delicti puniri eundem ratum habentem ex hac legis fictione.

Secundo existimo ex mente Bart. & aliorum deduci, quod ratihabitio idem operetur in crimine adulterij, & similibus, quod in aliis: si ad iniuriam inferendam potius quam ad satisfaciendum libidini committantur. sic ipse ratum habens non punitur pro adulterio, vt adulter, sed pro iniuria ex adulterio illata. idem explicant Salycet. & Bald. in d. l. non ideo minus. 12. quest. Ludovic. Carrer. in dict. §. circa. nu. 190. notat Felin. in d. c. mulieres. col. 2. vbi asserit, punitioem istam ad extraordinariam pœnam arbitrio iudicis pertinere.

Quibus illud libenter adijciam, maximam esse discriminis rationem inter censuram excommunicationis, & irregularitatem. Nam excommunicatio fertur in percipientes clericum ob iniuriam ipsi percusso, & ordini ecclesiastico illatam. hæc vero iniuria etiam infertur per ratihibitionem eius percussioni, quæ nomine ratum habentis fuerit illata: atque ideo in dict. c. cum quis. iuste excommunicatio statuitur aduersus ratum habentem percussorem clerico illatam. Secus autem quo ad irregularitatem, quæ in hac materia homicidij requirit actum occisionis, vel mutilationis membri culpa præuia contingentem: sicuti passim in rubr. de homicid. probatur. Qui quidem actus non contingit per ratihibitionem vere, nec vera culpa eum precedit. His accedit, quod ratihabitio nusquam in criminibus operatur effectum principale, aut culpa dignum notabili, quoties ad ipsum crimen requiritur præuia machinatio, tractatus, aut dolus. Etenim in hoc casu non est ad pœnam sufficiens ratihibitio. cuius assertiois probatio constat in cap. 1. vbi glo. & Panor. de convers. infidel. non enim ratihabitio habet effectum machinationis in mortem coniugis ad impediendum matrimonium: quia ea machinatio præcedere debet, atque actum præuium requirit. atque ideo ratihabitio non potest eandem punitioem inducere, quod not. Domin. in c. cum quis. de sent. excommunicationis. in 6. & est communis opinio in c. 1.

Illud prætermittendum non est, quod si quis rati habitus beat crimine eius nomine non commissum, minime incurrit excommunicationem, nec irregularitatem: licet peccet. Nec enim est dubium, hanc ratihibitionem peccatum esse: quod probat text. in d. cap. cum quis. 2. eius parte. vbi Ioan. And. Domi. & Francus existimant, hoc peccatum esse veniale, non mortale, quæ quidem interpretatio falsissima est: quia delectatio actus mortalis mortale peccatum est: sicut & veniale erit, si fit ipsa delectatio de actu veniali. text. opt. in c. sed pensand. 6. distict. c. si quis. de pœn. dist. 1. c. a. presbyteri. 34. d. ff. c. non oportet. in 2. de consecrat. dist. 5. not. S. Tho. & Caiet. 1. 2. q. 84. art. 8. & 2. 2. q. 154. art. 4. denum in hac specie, quæ tractamus, hoc ipsum tener Caieta. in summa. in verbo spectacula. & aduersus Ioan. And. & alios expressim Martinus Azpilcueta in c. inter verba. 11. q. 3. co. 46. quod notandum est, ne quis decipiatur frequentissima Canonistarum opinione.

Hæc igitur explicare libuit in tractatu ratihibitionis quo ad pœnam irregularitatis, scio etenim plerumque in ea errari ex eo, quod pœna ista cæteris similis existimetur: cum tamen passim compertum sit, eam non esse omnino ad aliarum pœnarum rationem censendam: siquidē proprias, ac peculiare habet conditiones, ex quibus est quælibet hac in re controuersa definienda.

§. SECUNDVS.

De vulneribus à pluribus inflicis.

S V M M A R I A.

- 1. Consilium, quando irregularitatem inducat: & quid quo ad aliam pœnam committi criminis.
- 2. Ausilium, vel opem prestans homicidio, quandoque irregulari censetur.

- 3. Pluribus eundem hominem vulnerantibus, an omnes sint irregulares.
- 4. Vulneris ab uno illatum, quando ei imputetur ad homicidium, si vulneratus ab alio examinatus fuerit.
- 5. Vulneris mortiferum ab uno tantum illatum: an omnes presentes confilii efficiat irregulares?
- 6. Animus occidendi an consideretur, vbi vulnus mortiferum non est, & non vulneratus ab alio occiditur?
- 7. Qui non obuiat homicidio ab alio committendo, an sit irregularis?
- 8. Homicidium commissum à famulis, vel conseruantibus, an imputetur, si cuius gratia perpetratum fuerit.
- 9. Mors facta ex imperitia medici vel culpa vulnerati, an efficiat vulneratum irregularem?

Quinto colligitur irregularem esse eum, qui consilio homicidio, aut mutilationi dederit. text. in c. §. quatuor. duam. 50. distict. c. 2. de cler. pugnans. in duello. c. si quis dignum. §. clericos. de homicid. quod probatur, quia regulariter ex consilio in delictis quis tenetur. c. super de sent. excommunic. l. 1. §. per se. de re. ff. de seruo corrupto. l. sepe. ff. de ver. signis. vbi hoc tradi solet. quibus in locis omnes iuris vtriusque interpretes in hoc conueniunt, quod ex consilio quis teneatur ad pœnam criminis, & irregularis sit, si consilium datum fuerit ei, qui alioqui non erat illud crimen commissurus, etenim in eorum tota versatur controuersia, qui consilium dedit ei, qui nihilominus erat facturus. Nam text. elegans in l. non solum. §. mandato. ver. Attilianus. ff. de iur. probat. ex consilio quem non teneri, vbi is, cui præstitum est, erat delictum illud alioqui facturus. ad idem opt. text. in l. sepe. ff. de verbor. signis. gl. in ca. §. dignum. §. qui vero. & ibi text. de homic. gl. in c. per de sent. excommunic. ni. glo. in §. ope. inst. de oblig. qua ex delict. nascum. Bart. in d. l. sepe. de Fran. in reg. nullus de regul. iur. in 6. Deci. in l. consilij. ff. de reg. iur. Felin. in d. §. quia vero. Abb. Felin. & Deci. in c. 1. de offic. deleg. quorum Opinio Communis, eamque las. sequitur in §. astioner. nu. 3. de alim. nib. Attamen in d. §. qui vero. in princ. constat, etiam hoc consilium puniendum fore: siquidem inibi puniuntur qui reguli alioquin facturo consilium dederunt. Dynus item in d. regul. nullus ex consil. Bartol. in d. c. §. si mandato. col. penult. Imol. in Clement. 1. de panis col. 5. Angel. de Maleficiis. in verb. Sempronian. mandatorum. q. 22. in specie tenent, ex consilio quem puniendum esse, siue ille, cui præstitum fuit, erat alioqui facturus, vel non. Hoc ipsum Bal. in criminibus atrocioribus saltem admittit in l. 1. col. 2. C. de seruus fugit. per text. in c. iudicis. de pœn. in 6. cui opinioni refragatur Felin. in d. c. 1. de offic. deleg. contrarium probans ex d. c. si quis dignum. vbi cum ageretur de homicidio Archiepiscopi, sit distinctio quo ad punitioem, an ille, cui consilium datum est, esset alioqui facturus, vel non. Et profecto prior Baldi sententia minime probante in d. c. felixis quidquid dicat Deci. in d. c. n. 9. secutus Bald. qui etiam sequuntur Hippol. in singul. 665. & Ludovic. Carrer. in pract. crim. si. de homicid. §. circa. nu. 164.

Verum distinctio præmissa communi omnium fere consensu recepta est: nam & eam esse communem opinionem fatentur Alber. in l. ob. hac verba. ff. de his, qui notant. in sum. nu. 3. Deci. in d. c. 1. nu. 9. & in d. l. consilij. ff. de reg. iur. nu. 4. Felin. in d. c. si quis dignum. nu. 7. Lud. Carrer. in d. §. circa. nu. 163. & vere hæc sententia iure magis probari poterit in hunc equidē sensum, quod dans consilium alioqui non facturo eadem pœna puniatur, secundum omnes: vero, qui consilium dederit alioqui facturo, puniatur sane, sed mitiori pœna, iudicis arbitrio: quemadmodum Deci. in d. l. consilij. & in d. cap. 1. expressim tenet post Ang. in l. 1. qui opem. ff. de iur. & in l. in iur. §. ope. ff. eod. Capol. cons. 27. col. penult. idem not. Ludovic. Carrer. in d. §. circa. nu. 163.

Quamobrem etiam in atrocioribus eadē distinctio admittenda est: ita tamen, vt in his criminibus consulens alioqui facturo, non ordinaria pœna delicti, sed extraordinaria, maiori tamen quam in aliis communibus delictis puniendus sit. Atque hoc ipsum ex mente Bald. & aliorum ipse deduco: tamen quidam expresse contrarium notaverint. Sic sane text. in dict. §. ope. dum dixit, ex consilio non teneri quem furti, est intelligendus, quod pœna ordinariæ non teneatur, sed mitiori, qui furti committendi consilium dederit, qui alioqui furtum commissurus erat.

Sed si quis consilium dederit alioqui facturo, & is non commiserit crimen in eam personam, cui consilium datum est, sed in aliam: non est consulens aliqua pœna puniendus, secundum Bald. in c. 1. col. 4. quib. mod. feud. amitt. cuius opinio est de pœna ordinariæ intelligenda: quasi velit Bal. post Fern. ibi, aliud dicendum fore, vbi quis consilium dederit ad crimen committendum in ipsam personam, cui consilium datur.